Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

14

rituris. Esurivi enim et dedistis mihi mandu
care. et cetera huiusmodi. Sed aliud est esse sine pec
cato. quod de solo in hac vita unigenito
dictum est. aliud esse sine querela. quod de
multis iustis et in hac vita dici potuit.
quia est quidam modus bone vite. de quo etiam in is
ta humana conversatione iusta querela esse
non possit. Quis enim iuste querit de homine
qui nemini male vult. et quibus potest fide
liter consulit. nec contra cuiusquam iniurias
tenet libidine iudicandi. ut veraciter
dicat. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et tamen
eo ipso quod verum dicit. dimitte sicut et nos
dimittimus. sine peccato se non esse declarat. In
de est quod dicit. Nichil erat iniquum in ma
nibus meis. sed oratio mea munda. Ideo namque erat
munda oratio quia veniam non inique petebat.
que veraciter dabat. Et quod dicit de domino. contentiones
enim multas meas fecit sine causa. non
ait nullas fecit cum causa sed multas sine
causa. Non enim propter multa peccata eius factae
sunt ei contentiones multe. sed propter pro
bationem pacientie. Nam propter sine quibus ut peccata
alibi confitetur non fuit. pauciora se pati